

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio c  
cum fonte primo

Quid per porros et cepas exprimitur  
que plerumque qui comedunt lacrimas  
emittunt, nisi difficultas uite presentis  
que a dilectoribus suis et si non sine  
luctu agitur, et tamen cum lacrimis  
amatur? Manna igitur deferentes cum  
peponibus ac carnibus porros cepasque  
quesierunt, quia uidelicet peruerse  
mentes dulcia per gratiam quietis dona  
despiciunt et pro carnalibus uoluptatibus  
laboriosa huius mundi itinera, eciam  
lacrimis plena concupiscunt,  
contempnunt habere ubi spiritaliter  
gaudeant, et desideranter appetunt  
ubi carnaliter gemant.

Gregorius ibidem (libro XV. moralium).

Quid per porros ac cepas exprimitur,  
quae plerumque qui comedunt, lacrimas  
emittunt, nisi difficultas uitae praesentis,  
quae a dilectoribus suis et non sine  
luctu agitur, et tamen cum lacrimis  
amatur? Manna igitur deserentes, cum  
peponibus ac carnibus porros cepasque  
quaesierunt, quia uidelicet peruersae  
mentes dulcia per gratiam quietis dona  
despiciunt, et pro carnalibus uoluptatibus  
laboriosa huius uitae itinera, etiam  
lacrimis plena, concupiscunt;  
contempnunt habere ubi spiritaliter  
gaudeant, et desideranter appetunt,  
ubi et carnaliter gemant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20,  
15 (CCSL 143A, M. Adriaen ed.,  
p.1032, ll.86-95).